



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1735. usque ad annum 1737

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum [u.a.], 1786

VD18 90119347

§. 15. Clemens Papa in facinorosos severus justitiæ vindex.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67868)

mibus annexam hac ratione violari, Sæc. XVIII.
 summo Pontifici exponeret; mox Sbir- A. C. 1737.
 ris promerita poena castigatis, & reo
 ad asyli locum restituto liti finis impo-
 situs est.

Non minus diuturna, quam perti-
 nax fervebat Regis Sardiniae conten-
 tio cum Clemente Papa, qui tamen
 & hanc tandem componi, summis vo-
 tis expetebat. Ea gratia Alexander
 Cardinalis Albanus hujus Regni Pro-
 tector Armgium Abbatem, quem a se-
 cretis habuit, urgente Papa Taurinum
 ablegat, dato eidem negotio, ut cum
 Rege de æquis transactionis conditio-
 nibus ageret. Ast hujus Aulæ Admi-
 nistri declarabant, de hac controver-
 sia agi non posse, nisi prius ea, quæ
 Benedictus XIII. olim Sardiniae Regi
 concessit, Clemens Papa confirmasset.
 Accepto hoc responso Abbas quadrin-
 gentis scutis auctus Romam redire jus-
 sus est.

§. XV.

*Clemens Papa in facinorosos seve-
 rus justitiæ vindex.*

Quo magis pacis studio flagrabat Cle-
 mens Papa, eo majore, æquissima
 tamen severitate ac fidei Zelo infecta-
 batur

Sæc. XVIII.

A. C. 1737.

batur publicæ tranquillitatis perturbatores, & Religionis hostes: cum enim Comes Trivellius natione Neapolitanus, necnon Joannes Baptista Abbas Giacominius deprehensi ac convicti fuissent, satyras ac famosos libellos contra S. Sedis honorem in vulgus sparsisse, in eos sententia capitis pronuntiata est: Neminem quidem acerbius, magisque mordaci calamo infestabatur Giacominius quam Cardinalem Guadagnium, qui tamen odia ac injurias sibi illatas beneficiis vincere jam assuetus, Pontificis Avunculi sui aures tam longis contumacibusque precibus pro impetranda rei venia fatigabat, ut Clemens heroicam Cardinalis virtutem remuneraturus, rigorem supplicii temperaret, ac capitis poenam in triemium multam converti annueret. Mense autem Februario Comes mortis judicio condemnatus est; Erat enim manifestus Religionis contemptor, qui pertinacia, vitiis ac Sacrilegiis, quæ a Religionis contemptu dictari solent ad portentum usque dissolutus erat: more eorum, qui effrænem credentiam libertatem quasi generosam nobilemque indolem ostentant: Unde de rebus Divinis & immortalibus sibi sermones & hortamenta fieri haud sustinuit, perulam professus, nullam sibi Religionis

nullam salutis curam esse vel unquam
 fuisse, nec ea, quæ supra & infra ip-
 sum essent, ad se pertinere, utpote
 non nisi Sacrificulorum commenta.
 Tenuit impia hæc mentis obstinatio
 per integrum ferme diem vitæ suæ po-
 stremum: maximo tamen Numius be-
 neficio, & fervidis Patris Canale mo-
 nitis factum, ut Comes paucis ante
 supplicium horis serio æternitatis hor-
 rore, & sincero cœlestium consiliorum
 sensu expugnatus, & totus in pœnitenti-
 dine delictorum ac incredulitatis suæ
 detestatione diffluens fidem Catholicam
 palam profiteretur; demum vero præ-
 via mentis lustratione ad supplicii locum
 deductus feralem ictum excepit. Po-
 stea Mense Septembri pariter duo Ab-
 bates Genasius & Ciceronius ob gravia
 delicta ad capitale supplicium damna-
 ti sunt; Sodales tamen Confraternita-
 tis S. Joannis Baptistæ decollati, qui-
 bus reos a mortis pœna quosdam libe-
 randi datum est privilegium, pro utro-
 que Abbate deprecabantur, vitæque
 veniam eis impetrarunt: unde in so-
 lemni supplicatione ad Ecclesiam S.
 Joannis deductis, post sacrum solem-
 ne, & acerbam delicti exprobrationem
 clausis foribus a Præfecto factam Pon-
 tificiæ gratiæ diploma pro more tradi-
 tum est.

Hist. Eccles. Tom. LXXV. H h §. XVI.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1737.